Augustus Tertius DEI Gratia REX Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ Czerniechoviæq[ue]
Necnon Hæreditarius DUX Saxoniæ & Princeps Elector

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis: Quia Nos habito respectu meritorum
Generosi Thomæ Suffczyński Dapiferi Terræ Lukoviensis faciendum esse duximus, ut Ipsi Vexilliferatum ejusdem
Terræ Lukoviensis post fata Generosi Stanislai Rzewuski vacantem et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutum,
daremus et conferremus, prout quidem præsentibus Literis Nostris, cum omnibus Iuribus, Prærogativis, Munijs, Immu=
nitatibus, de Lege vel antiqua praxi ad hoc munus pertinentibus, ad extrema vitæ ejus tempora, vel altioris alicujus Digni=
tatis sive Officij assecutionem, tenendum, habendum et obeundum, damus et conferimus. Quod omnibus quorum in=
terest, præsertim Magnificis ac Generosis Senatoribus, Dignitarijs, Officialibus, Universæq[ue] Nobilitati Terræ Lukoviensis,
notum esse volentes, mandamus, quatenus Generosum Thomam Suffczyński, ab hinc, pro vero, legitimo et actuali Ve=
xillifero habeant et agnoscant, Eiq[ue] de loco, Iuribus, Iurisdictionibus, Prærogativis, de Lege vel usu antiquo ad hoc mu=
nus pertinentibus, et Ipsi respondeant, et ab alijs responderi curent. Pro Gratia Nostra Regia. In quorum fidem
præsentes manu nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die 11 Mensis Junij
Anno Domini MDCCLIX Regni vero Nostri XXVI Anno

Augustus Rex

Vexilliferatus Terræ Lukoviensis post Fata Generosi Stanislai Rzewuski Generoso Thomæ Suffczyński Confertur.

Antonius Sikorski S[acræ] R[egiæ] M[ajesta]tis
et Sigilli Regni Secretarius

1

r

Procancellariatu

Illrmi Excellmi et Rndmi Dni Michaelis Comitis
de Granow Wodzicki Decani Cathlis Cracoviensis
Abbatis Commendatary Cervens & Clarae Tumbae
Procancellary Regni

Sigillatum

Officium Capitaneale Castrense Lucoviense
introconbentum Privilegium Vexilliferatus
Terrae Lucovien. M. Thomae Suffczynski
ad porrectionem G. Josephi Ichnowski Vi
cesgerentis Castrensis Lucovien. ad Acta sui
Feria Quinta post Festum Visita
tionis B. V. Mariae proxima Anno
Domini Millesimo Septingentesimo
Quinquagesimo Nono per Oblatam suscepit
et Actis suis ingrossavit

J. Brzezinski mpp